

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1343

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

1475

C O D I C E S

1476

Vtyesf tye buob. Confoletur te Deus. et subpletur Defectus perfaltatus (übersprungen) *in capitulo quintodecimo. Accedit et Regestum de blasfemia siue de 12 tortoribus, in quo Papa magnam facit paginam, ut facile credas.*

XII. fol. 195. p. 2. adjecta est Bibliographia *Wiclefiana* siue Elenchus multorum ejus Operum cum eorum initiis, unde Catalogi *Balei* et *Tanneri* non parum subpleri et perfici possint. Inter alia disco, Tractatus varios, qui nunc separatim feruntur, Partes esse *Summae Theologicae* Nostri. Ita Pars ejus I. est *de Mandatis*. II. *de statu innocencie*. III. IV. V. *de dominio ciuili*. VI. *de veritate sacre scripture*. VII. *de ecclesia*. VIII. *de officio regis*. IX. *de potestate pape*. X. *de symonia*. XI. *de apostasia*. XII. *de blasfemia*. Verum id esse, vel horum Librorum initia comprobant. Ita superius legimus: *Restat succincte de blasfemia &c.*

Codicem utrinque ambit Membrana notis chronologicis multata, tempore tamen *Wenceslai* Rom. et Bohemiae Regis data a *Wenceslao de Olomucz Archidiacon.*

Cunctos cum papis mordens monachosque prelati.

II. fol. 37. *Incipit Tractatus de Apostasia liber XI. Initium: Restat ulterius ponere aliud principium pro ambitu heresis symonicae perscrutando &c. Ut alibi. Ad calcem: Explicit Tractatus de Apostasia per reuerendum docto-*

Bechbinensi in Ecclesia Pragensi Curiae Archiep. Pragens. et apostolicae Jedis Legati Officiali in caussa Erasmi Matbiae de Obrzieniecz Clerici Dioec. Prag. contra Nicussium Weyner et ejus uxorem Petrusiam oppidanos oppidi in Luna infertis super eandem litem literis Turibii Ep. Tudenfis executoris principalis, et apostolicis Bonifacii IX. Pont. Max. pro vindicatione quorundam Bonorum predicto Clerico debitorum.

CCCXCII.

Codex membraneus lat. Sec. 930 XV. Folior. 230. 4. per duas columnas nitide exaratus, rubricis distinctus, fronte picturatus, et marginibus enotatus sequentia complectitur *Joh. Wiclefi Scripta: I. Incipit De Symonia. Et est liber X. in ordine summe sue. Initium: Post generalem sermonem de heresi restat de eius partibus pertractandum &c. Vide Cod. CCCXL. in quo Capitulum Summaria praecedunt, quae hic sequuntur. Versus praeterea secundus ibi adlatus hic ita habet:*

rem J. W. cuius anima per misericordiam altissimi requiescat in pace. Amen. Et recentiore calamo: Respice finem 1517. cum nomine fortasse Possessoris κερτογαφικως exhibito, cui, qui velit, Oedipus esto.

III.

1477

P O L E M I C I

1478

III. fol. 125. *Incipit liber de blasphemia. XII. in ordine, videlicet Summae Theologicae Wiclefi. Initium: Restat succincte de blasphemia pertractandum &c. Ut alibi. Ad calcem: Explicit tractatus de Blasphemia secundum Jobanem. Wy. XII.*

CCCXCIII.

914 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 184. 4. minutius scriptus rubricisque distinctus in Bohemia exhibet: I. *Commentaria in Cantica Canticorum* minio inscripta: *Incipit epistola super expositionem cantica canticorum Salomonis. Hujus initium: Dilectis et prudentibus viris fratribus et amicis carissimis ceterisque sanctis omnibus Johannes christi seruus salutem dicit et pacem in domino sempiternam. Postulavit discretio vestra, ut librum expositionum canticorum salomonis olim amissum vobis studeam renouare &c. In progressu meminit Commentator X. Omeliarum Origenis in Cantica, quas non vidit, nec legit. Post hunc fuit alter Petrus nomine, qui expositionem canticorum uersificando in paruum librum conclusit. Atque hic Petrum de Riga ejusque Auroram intelligit. Expositionem ita orditur: Osculetur me osculo oris sui. Inter deum et genus humanum propter peccata primorum parentum temporibus multis discordia permansit. &c. Quod assertum nemo facile probet Theologus. Varia deinceps carptim de malis Praepo-*
Denis Codd. Theol. V. I. P. II.

tis, pravis Praedicatoribus, et iis, quorum nomina Lectores fuisse iam nossent, item de iis, qui altissimam paupertatem, quam assumpserunt, in manifesto violant pecuniam occulte possidendo &c. quae et alia Wiclefi φερασολογιαυ produunt, Wiclefi tamen etiamnum moderatioris, unde in Peroratione ait: *Rogo vos autem karissimi, quicumque estis presbiteri in templo dei, ne propter meam iuuentutem contempnatis hanc doctrinam christi. Interim Expositio haec in VII. Libros tributa inter rarissima ejus habenda est, neque scio, quid secutus Baleus initium ei statuatur: Confitebor tibi domine quoniam, si tamen ei de Canticis Canticorum res est, et non potius de aliis Canticis sacris.*

II. fol. 29. Ejusdem Tractatus de Blasphemia absque inscriptione. Init: *Restat succincte de blasphemia pertractandum. Est autem blasphemia &c. Ut alibi. Subscriptio: Explicit hoc opusculum circa penthecostes sub anno domini 1432. w sfrach. i. e. in timorem. Accedit amplus Index.*

III. fol. 102. p. 2. *Incipiunt nomina librorum M. Job. Wycleff iuxta ordinem alphabeti. Ordo hic non Titulos, sed Initia Librorum respicit. Ut alibi. Daturus fuisssem totam hanc Βίβλιογραφιαυ, si quid integri illa promitteret; sed absterruere, quae calci adjecta sunt: Sciendum quod multi sunt alij libri, quorum hic nec nomina, nec principia ponuntur, ut postilla super biblia, Proprium sanctorum, Commune sanctorum*

S

rum